



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Tractatus De Executoribus Vltimarvm Volvntatum duorum
celeberrimorum iurisconsultorum**

Canis, Johannes Jacobus

Constantia, 1593

VD16 ZV 2896

1. Exequi, verb. quàm varie accipiatur.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63406](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63406)

neq; oculos habent videndi, neq; aures audiendi. Iudex erit quandoq; Christus ipse qui omnes nos ad iustissimum sistet tribunal.

~~~~~

De varia executorum appellatione. Tit. I.

SUMMARYM.

1. Exequi, verb. quàm variè accipiatur.
2. Executores vltimarum voluntatum, qui, & unde dicantur. Et cur decernantur.
3. Executores vltimarum voluntatum, variè appellantur: eòdem tamen recedunt.
4. Executores vltimarum voluntatum, perperam dici testamentarios. & quid ita num. 5.

**E**Xequi, aliàs † significat declarare, exprimere. Cicero Varroni: Occultoria habeo, quæ vix verbis exequi possum. Aliàs vlcisci: institut. de his, qui sunt sui vel alie. iur. in fin. Quod si meæ constitutioni (inquit Imperator) fraudem fecerit, sciat me admissum seuerius executurum. Aliàs accipitur agere iudicati formula in factum, vel officio iudicis l. intra. & l. fina. ff. de re iudic. Vnde

Vnde Zasius executionem rectè accipit, pro  
 actione iudicati, quam tertius possit impedire  
 pro suo interesse, idq; mirabile reputat. Alias  
 deniq; exequi, denotat perficere, ad finem per-  
 ducere. Hinc dicti sunt executores, publici iu-  
 dicum ministri, quorum officium est, vt man-  
 data & sententias ad effectum perducant l.  
 executorem C. de execut. rei iud. Vbi Acur-  
 sius tractat quasdam huius verbi significa-  
 2 tiones, admodum frigidè. Eadem t ratione exe-  
 cutores vltimarum voluntatum dicuntur, quo-  
 niam iussa testatoris ad amissim exequuntur.  
 Quemadmodum enim magistratum non decet,  
 ac ne quidem posse constat, adire priuatim sub-  
 ditos, & curare, vt satisfiat suis decretis: ita  
 multò minus potest defunctus testator huc re-  
 dire, admoniturus ( quicquid phanatici som-  
 nient ) vt conseruetur ac procedat voluntas  
 sua. Vterq; igitur sumopere indiget executori-  
 bus, quibus rem committat perficiendam bona  
 3 fide. Interim t executores vltimarum volun-  
 tatum saepe appellantur fideicommissarij apud  
 Bartolum, treuhender. Item, distributo-  
 res, dispensatores, apud Specu. Quæ omnia ten-  
 dunt